

duxerunt, et ideo per vehementiam ignis ab inuis
cem separantur per combustionem naturæ im
perfectæ, vt bene cernitur. Ideo cum coniungere
volueris, facias Mercurium per Mercurium qui
dissoluit & aperit naturas sæparatas, vt simplici
ter, vnum possit trāsire in aliud, & perfectum mit
tere vim in imperfectum, vt secum perficiatur. Et
isti sunt labores vię particularis, Et sic particulari
ter aurum & argentum fieri possunt, Non quod
Mercurius crudus dissoluit corpora, & reducit ea
in primam materiam suam siue naturā. Sed Mer
curius corporum hoc facere nō potest, & hoc pro
pter cruditatem sui sulphuris, quam in prima sua
generatione habuit. Sed Mercurius crudus ex a
qua clara ab initio factus, ille crudum semper appe
tit corrodere, & primo quod suæ naturæ vicinius
est, scilicet aurum & argentum &c. Sed alter
Mercurius ex corporibus congelatus hoc facere
non potest, quia per congelationem illud crudum
sulphur, quod antea fuit in eo est alteratum in natu
rā, non corrodit sicut primum, nec seratum ape
rit. Et ideo vna vis nō mittitur in aliam, sed vnum
quodq; per se manet. Bene quidem fluctualiter
sunt cōiuncta, sed naturaliter ex vtraq; parte sunt
serata. Quare per examen, & asperitatem ignis im
perfectum comburitur, perfecto manente, quia
vna natura alteri succurrere non potest. Sed cum

d iij